


Johann Quistorp

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theologicae
Facultatis Senior. Ad exequias Quas Marito desideratissimo Viro ... Dn. Alberto
Schönerlow I.U.D. Vidua Maestissima paratas cupit, Cives Academiae invitat**

Rostochii: Kilius, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423596>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,
in
A. Schönerlow.

Rost. 1636.

31

15.
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES
QVISTORPIUS, D.
& Theologicæ Facultatis
SENIOR.

Ad exequias

Quas

Marito desideratissimo

VIRO CONSULTISSIMO ET CLARISSIMO

Dn. ALBERTO SCHÖNERLOW
J.U.D. Vidua Mæstissima paratas
cupit,

Cives Academia invitata



ROSTOCHII

Excudebat NICOLAUS KILIUS, *Acad. Typogr.*
ANNO M. DC. XXXVI.

156



Esert Chrysoſtomus in Epistola
ad Hebræos. Ecclesias Orienta-
les, quando suos humarunt, hy-
mnos ad Gaudium compoſi-
tos, decantare conſueviſſe. Et
Hieronymus in Epitaphio Paula
aſſerit. In exequiis laudatiſſima huius fœmina,
non ululatus, non planctus, ut inter ſeculi ho-
mines fieri ſolet, ſed pſalmorum linguis di-
verſis, examina concrepuiſſe. Similia de Trau-
ſis populis Ethnicis Herodotus memoria prodi-
dit, quod ſolemne habuerint, natalem cuiusq;
diem fletu & querimoniis, emortualem, ad lati-
tiam compoſitis vocibus & geſtibus proſequi.
Quamvis gentiles hi, paria Chriſtianiſ, in exe-
quiis ſuorum feciſſe videantur: non tamen hiſ &
illis convenit. Gentiles quum vitam hanc ingre-
diunt, variis morbis, ærumnis, calamitatibus
obiici; ab iisdem mundo exeuntes liberari cerne-
rent, natiuitatem fletu, obitum riſu exceperunt.
Verum Chriſtiani alius quid, cum latitia ſuos
efferentes, ſpectarunt. Eos non ſolum ex vita
A 2 huius

bujus ergastulo educi, à morbis & infortunijs
varijs quæ hæc vita secum fert, liberari, sed &
eosdem, à periculis in securitatem, à labore in
quietem, à dolore in voluptatem, ab ignominia in
gloriam, à carcere in libertatem, ab exilio in pa-
triam, ab alto in portum, ab orco in cælum trans-
ferri. Cogitent id vidua liberiq; Schönloviani.
Transit maritus & pater vester, ex caducis ad
æterna, ex miserijs ad gaudium, ex morte in vi-
tam. Non illa, quam per sexaginta octo annos
in terris transegit vita, vere vita, sed plena labe-
rum difficultatum, miseriarum militia, & ad
istam vere vitam transitus fuit. Caducã hanc,
ex qua egressus est vitam, introit Anno post na-
tum Salvatorem Millesimo quingentesimo Se-
xagesimo octavo, Paderbornæ in Westphalia
ex honestissimis & primarijs parentibus natus.
Patre Dno. Alberto Schönlowen/ Urbis ejus
cive, dum viveret præcipuo, matre Anna N. ma-
trona pientissima. Qui cum eorum filii sui cerne-
rent, nihil prius habuerunt, quam illum pietatis
& religionis puræ imbuere præceptis, & fidis
committere præceptoribus, qui linguas & artes
liberales illum docerent. At non diu ipsi licuit
hæc frui felicitate, ut parentum cura & inspectio-
ne gauderet, quos juvenis admodum, ac necdum
qua;


quatuordecim annos natus, amisit. *Avia*, que
tum adhuc in vivis erat, nepotem hunc suum,
quum Paderbornæ Pontificia religio caput erige-
re, & regnum obtinere inciperet, inde Herfordiã
misit, ut quæ in patria cæderat studia, ibidem con-
tinuaret. Functus ille hic loci est per annos ali-
quot, & post Lippia, diligentis discipuli officio,
usq; dum ad annum ætatis vigesimum quartum
perveniret. Placuit ipsi, & illis quorum usus est
consilio, ad annos hos in Scholis, quos nominant,
trivialibus subsistere, ut ea in illis fundamenta
locaret, quibus solidi quid in Scholis regis super-
struere posset. Secus fecit ac illi qui vix Græca ac
Latina Linguis salutatis, ferula manum subdu-
cere festinant, & ut liberius sibi vivere liceat, ad
Academias properant. Ex Scholis inferioribus
egressus, primò Marpurgum concessit, ibidemq;
per quadriennium integrum substitit. Non ille
tempus hoc otio, ignavia, aut hellnationibus, quod
proh dolor plurimos, qui titulo se Studiosos men-
tiuntur, facere videmus, impendit, sed sedulam
Dn. Vulteo, Dn. Goddeo, Dn. Gothofrido, lætis
& celeberrimis, operam dedit: & præter Juris stu-
dium, quod potissimum tractavit, bonos autores,
ac Hi-

ac Historicos pervolvit. Laudem hanc hinc obtinuit, ut Juris Candidatus audiret. Quod cum nobiles quidam Juvenes cernerent, eum sibi vitæ, studiorum, ac morum formatorem elegerunt: Horum sumptibus (quum Parentes tantum non reliquissent, quantum ad victum, libros, vestes & reliqua necessaria, requirebatur) post, in hac, & aliis porrò Academiis vixit. Marpurgo Wittebergam; Wittebergâ, Helmstadium; Helmstadio Lipsiam; Lipsiâ Francofurtum ad Oderam iivit. In singulis locis ultra annum substitit, & collegia in quibus Doctoris ac Præsidis personam gessit, Juris Studiosis aperuit. Francofurto Rostochium venit, ususq; est domo ac convictu Clariss. & Consultiss. Viri Dn. Ignatii Hannielis J. D. Viri multæ lectionis, & eruditionis singularis. Hunc Historias magno cum applausu profitentem continuò audiuit. Postquã per annos aliquot apud nos hæssset, in Comitatu Illustriss. Principis Megapolitani Dn. nostri Clementiss. legatorum, juxta cum discipulis suis Nobilibus in Angliam iter suscepit: regnum illud, vicinasq; Hollandiæ provincias perlustravit. Ex hac peregrinatione ad nos redux factus, animum obfirmavit

mauit, Rostochii domicilium figere. Hactenus
exantlatorum laborum & multis vigilis ac lucu-
brationibus parata eruditionis premium, Do-
ctores in Jure titulos, sibi ab Amplissimo Icto-
rum ordine concedi petiit, & quod petiit, etatis
anno quadragesimo quarto, Christi 1612. impe-
travit. Eodem anno & die matrimonium in-
gressus est, cum lectissima pudicissimaq; femina
Margareta Gusebehrs / ex Dn. Henrico Guse-
behr Senatore ap. nos gravissimo, & Anna Net-
telblats / nata. Eluxerat illa tum vidua discessum
sui ante mariti Dn. Joachimi Wendes / ex quo,
prater alios filium Henricum Wend suscepit ad-
huc vivu: & cum nostro denato ad secunda vo-
ta transibat. Cum hac conjugis sua, nunc mestis-
sima vidua, conjugium felix expertus est, ut verè
cum Pomponio ipsi gloriari licuerit, quod nun-
quam cum uxore in gratiam redierit, utpote à
qua nunquam secessionem fecerat. Prole utriusq;
sexus beatus, mascula, Alberto, Johanne Fride-
rico, feminea, Anna & Margareta. Johan-
nem Fridericum puerum admodum amisit: sè
amissus is dici potest, qui ex his terris ad calos
transfertur. Ab eo tempore, quo Doctoris ti-
tulus

tulis insignis fuit, id egit, quod hi tituli eum sub-
monebant. Patronus clientium suorum causas
fideliter & candidè defendit: Studiosos Juve-
nes qui juris studio se manciparunt, ejusq; ope-
ram requisiverunt, diligenter & dextrè infor-
mavit; quarum multi Praeceptorem sublatum
lugent. Aggravescente aetate, tussis vehemens
eum exercere cepit, qua per tres septimanas ante
obitum lecto affixit: quumq; vires deficere &
ultimam vitae horam appropinquare animad-
verteret, curis terrestribus abjectis, ad beatam
ex hocce vitae gurgustio emigrationem se compo-
suit. Quam anno aetatis sexagesimo octavo die
Decembris decimo quinto, mane intra horam
quintam & sextam consecutus est. Exequias ejus
exuvius mastissima vidua parat. Nostrium est
cives Academici Domum luctus, quod monet
Ecclesiastes, ingredi. Et quum hodierni diei hora
prima funebri deductioni dicta sit, monitos & ro-
gatos omnes volo, ut ad horam hanc in templo D.
Mariae frequentes conveniant, & quantum
acerbè marentibus cupiant, ostendant, Gregorii
illud sibi in memoriam revocantes: Feliciter
quis in alterius funere studium locat, quod
in suo

tulis insignis fuit, id eoit, quod
monebant. Patronus clientium
fideliter & candidè defendit:
nes qui juris studio se mancipa
ram requisiverunt, diligenter
ma vit; quarum multi Præcept
lugent. Aggravescente etate
eum exercere cepit, qua per tre
obitum lecto affixit: quumq;
ultimam vitæ horam appropi
verteret, curis terrestribus abje
ex hocce vitæ gurgustio emigra
sunt. Quam anno etatis sexag
Decembris decimo quinto, mar
quintam & sextam consecutus
exuvius mastissima vidua par
cives Academici Domum lud
Ecclesiastes, ingredi. Et quum
prima funebri deductioni dicta
gatos omnes volo, ut ad horam
Maria frequentes conveniam
acerbè marentibus cupiant, ost
illud sibi in memoriam revoc
quis in alterius funere studiu



in sub-
causas
furo-
e ope-
infor-
tum
emens
s ante
re &
imad-
tam
ompo-
vo die
ram
as ejus
um est
monet
ei hora
& ro-
plo D.
tum
regori
liciter
quod
in suo